



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

297. Item de suscipienda confessione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

138 REGINONIS LIB. I.
nisi Episcopi & Presbyteri, quibus claves regni cœlestis traditæ sunt, sic nec pœnitentium judicia alij usurpare debent.

Ut Diaconus, si necesse sit, suscipiat confessionem.

Halitgar. in præfat. lib. 6.
Burchard. lib. 19. c. 154.

CCXCVI. Si autem necessitas evenerit, & Presbyter non fuerit præsens, Diaconus suscipiat pœnitentem ad sanctam communionem.

Item de suscipienda confessione. *Ex Theodori Archiepiscopi vel Bedæ Presbyteri Pœnitentiali.*

Halitgar. ibid.
Burchard. lib. 19. c. 2.

2. Cor. 11.

CCXCVII. Episcopi vel Presbyteri, quando fidelium recipiunt confessiones, humiliare se debent, & cum tristitiæ gemitu lacrymisque orare, non solùm pro suis delictis, sed etiam pro fratris casu. Ait enim Apostolus: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?*

Vnde suprâ.

Halitgar. ibid.
Burchard. lib. 19. c. 2.

CCXCVIII. Cùm ergo venerit aliquis ad sacerdotem confiteri peccata sua, mandet ei sacerdos ut expectet modicum, donec intret Ecclesiam aut cubiculum suum ad orationem. Si autem non est locus aptus ad hoc, dicat hanc orationem in corde suo.

Oratio.

Halitgar. ibid.
Burchard. ibid. c. 3.

CCXCIX. Domine Deus omnipotens, propitius esto mihi peccatori, ut condignè tibi possim gratias agere, qui me indignum propter tuam misericordiam ministrum fecisti of-